

20.9

ELEGIAE TRES
nuptijs
HENRICI IVLII,
ATESTINO--GVELFII
&
ELISSABETHÆ CIM=BRICAE
consecratae.

Henricus Meibomius, Poeta Laureatus.

καὶ διανηξάμενοι πέλαγος μέρες τραυματίας λίσ
την ἀνηκέστη φάρμακον εὗρε νόσος
ῶσμον ἐπεισεν ἔρωτος τὸν αὐθις ἀκέστατο κιμβρέιον
τελεσίας ἄσθετο μάντις Ιαλιάδης.



HELMAESTADII
Excusæ per Iacobum Lucium, Anno
M. D. XC.



HERMANNSTADT
Exemplar bei JACOBUS FRICHTER, anno
MDLXX.



APOLLO IVLIVS
IVLIAE ELMANAE
S.

PS

Onè secuta tuos ELMANA virago patro-
nos,

Quà Thetis Arctoam Baltica pulsat
humum:

Quà colit irriguos formosa RHODuntia campos:

Quà LIMENIS pronas excipit vda rates.

Iam pompis satiata nouis, satiata sororum,

Colloquio properè sub tua tecta redi.

Nonego SCOTO RVM queram de rege IACOBO:

CHRISTIADES sermo nec mihi CIMBER erit.

Nouimus Heroas virtusq; in pectore dotes:

Hic proauos vincet, vincet & ille suos.

Viuat uterq; precor: nec SCOTIA dines IBEROS:

Nec metuet MOSCVM DANI culta trucem.

At tuus ille satus GVELFO de sanguine princeps:

O decus! o nostri gloria prima soli!

Vi valet, vt dubij superauit stagna profundi:

Vi sensit Boream precipitemque Notum.

Hei mihi quam timui! quam plurima vota profudi!

Quam mihi constrictum frigore pectus erat!

Cypria, dicebam, pelago Dea nata sonanti,
AEquoris ingentes qua moderaris aquas.
Sit tibi GVELFI ADES cura, tege mitis amantem:
Per te vulnus habet, te Duce soſpes eat.
Multam miser timeo, nec me metus angit inanis.
Qua bene tuta solo, sunt male tuta salo.
Qui trabe portatur, bina ille elementa tremiscit:
Et propè tam mortem quam propè cernit aquam.
Audit aqua preces, velut audio, mater amorum,
Incolumis què vagum per mare GVELFVS ijt.
Nec tantum indemnisi secuit vada salsa, sed urbes
Vidit, & Arctoæ subdita regna plaga.
Cimbrorum patriam, manus unde profecta duellis
Ausa fuit LATIOS sollicitare duces.
His visis premium què via fructum què laboris
Cepit, & est sponso tradita sponsa suo.
O bene, quod Diuus genitor, dum fata sinebant:
Sæcta quod est superos sape precata PARENTE:
Quod subiecta diu voluerunt millia PLEBIS:
Quod votum ingenuæ NOBILITATIS erat:
Deniq; MVSARVM quod credula CORDA rogabat,
Concessit NOSTRO, qui regit astra, DVCI.
Cimbris Atestino sociata est nympha marito:
Iunctaq; sunt autibus fœdera sancta bonis.

Ergo

Ergo redi, mecumque tuos *ELMAN* Apenates
Ingredere, & reduci fac noua vota *DVCI.*
Exequias *PATRI* tempus fatale poposcit:
Vt decuit cura res fuit ista meis.
Vicimus officiis aliorum iussa: quod aequum est.
Nusquam iusta suo cura fauore caret.
Dasua nunc suboli, magno nihil illa Parenti:
Nec cedit proavis imperiosa suis.
At quid opus factō circumspice. displicet aulis
Officiosa parum Musa, diserta nimis.
Audiri meruit, qui non prolix a canebat:
Ingratus longi carminis auctor erat.
Funde preces animique notas ostende verentis,
Commodior laudes principis hora dabit.
Nunc inter strepitus & murmura rauca, Camæna
Carmina submissa non bene voce canunt.
Sufficiat monuisse parum. venit alite fausta
Sol nouus, ad thalamos tu quoque Nympha veni.



VOTVM
ILLVSTRIS IVLIAE ACADEMIAE,
pro felici matrimonio
incomparabilis principis,
HENRICI IVLII
Halberstadensis Antistitis, & Brunsvicensium
ac Lunæburgensium Ducis po-
tentissimi :
ac
regiæ egregiæque nymphæ,
ELISSABETAE CIMBRICAE
anagrammatismo inclusum.

ELISSABETA CIMBRICA,
SIT REBECCA AMABILIS.

Ympfa tuos subitura thoros, Dux maxime, tecum
Auspicijs ineat **FOEDERA FIDA** bonis.
Omnis ei præstò sit **GRATIA: CORPÓRIS**
omnes

INGENIIque habeat dexterioris **OPES**.
Sit PIÆ, sit sancti **DOMVS** in uiolata **IEHOVÆ**,
Sacrificas peragens relligiosa preces.
Sit PRUDENS, rerumque libret momenta scienter:
Nil sine consilio, nil sine lege paret.

MINTON

FLA-

FLAGRET AMORE TVI, vincatq; pudore **SUSAN-**

Feminei princeps quæ fuit alma chori. (NAM)

SIT FOECVNDA PAREN'S, grauidæq; simillima vi-

Annuæ felici pignora ventre gerat. (ii)

SANA sit, & nullis succumbat inobruta morbis,

Obtineat robur corporis omne sui.

Deniq; sit LONGÆVA, sit expers omnis acerbi

Funeris, & lethum non nisi **CANA** ferat.

Multa loquar paucis: SIT AMABILIS illa REBECCA,

Iuncta olim lateri dives Isace tuo.

Sic erit, ut Guelfinatos à stirpe nepotes

Prosperet æterna copia dives ope.

Sic erit, ut Guelfi præclaros stemmatis ausus

Personet aurata fama secunda tuba.

Vota Deum tangunt. Sponsam comitantur & ornant

FORMA, PUDOR, PIETAS, GRATIA,

SVADA, LEPOS.

EIDYALION
DE LEONE SAVCIATO.

RE iubisque decens aurumque imitantibus armis,
GVELEFORVM veteri regnat in arce LEO.
Ille praest syluis, quas Innera lambit & Ocer,
Quas gelido stagnans annie Visurgis arat.
Omnia in hunc oculos torquent animalia, & omnes
Agnoscunt dominum suspiciuntque feræ.
Siue per Hercinias ponunt vestigia rupes:
Seu Salij lucos & iuga montis amant.
Fixerat hunc pharetratus A M O R, puer improbus ille,
Qui flammis homines vrit, & igne feras.
Protinus incaluit violento corpus ab ictu,
Corripuitque nocens singula membra malum.
Ossibus inde dolor, sicco sitis orta palato:
Et cutis & facies emaciata fuit.
Hei mihi! dicebat, quis tantos leniat æstus?
Tam graue depellat quæ medicina malum?
Perdor, & ad tales non sunt mihi robora flamas:
Me calor AEtno non minor igne tenet.
Dixerat, & properans ad amœna fluenta Visurgis,
Proluit vndosis nobile corpus aquis.
Non tulit A M N I S opem, nec fecit id alter ab illo:
Nec quoque F O N S æstum qui releuaret erat.
Ingemuit dixitque L E O: si nulla calenti
Flumina, si nullam fons mihi præbet opem:
BALTHICA STAGNA petam medijsque immergar in
Certius auxilium laxior vnda dabit. (vndis
Nec

DE

Nec mora, festino contendit ad æquora cursu,
Quæ violens Henetis V A R N V S adauget aquis.
Veliferaque fretum permensus nauere sededit
Littoribus fessus D A N I A prisca tuis.
Sensit A Q V A E R E C T O R. quis fata Deosue sefellit?
Quæ grauis vrgeret causa L E O N I S iter.
Moxq; fatigatum compellans voce: timorem
Pone, ait, hoc certam fert tibi littus opem.
Fonte calor nullo restinguitur ille, nec amne,
Ni iuuet æquoreis fluctibus orta V E N V S.
V V L N E R I S hæc tibi C A V S S A, V I A E D V X, A V -
R A S A L V T I S
Tandem etiam, voti reddita compos, erit.
Vt reor adducet M E D I C A M tibi, cuius ab A R T E
I G N I S erit multo, quam fuit antè, minor.
Et tamen admoto ceu F O M I T E viribus auctis
Inde trahet vires lenior vnde fuit.
Dicta fides sequitur. succensi colla L E O N I S
Attigit aureolâ N Y M P H A M A R I N A manu.
Præsentique malum sic depulit omne M E D E L A,
Eset ut in toto corpore nulla lues.
Exiliit stratis L E O sanus, & vna D E A R V M
Estne meis dixit auxiliata malis?
Forma D E A M moresque probant, nisi fata resistunt
Illa mihi consors, illa marita mihi est.
P E L E A mortalem T H E T I S est dignata maritum:
A E A C I D I S non est gloria nostra minor.
Fata fauent tibi magne L E O. T H E T I S altera fluctus
En secat, & terras curat adire tuas.
Fallor? an auxilio peperit sibi N Y M P H A dolorem:
I G N E M quemque tibi depulit, I P S A T V L I T?

Viuite

Vivite felices. NON FORTVNATIVS VLLVM
PAR SOCIAVIT AMOR, NEC DECO-
RAVIT HONOR.

Gloria quæ vestra de posteritate cluebit,
Maior erit terræ finibus atque maris.
Et merito. nunquam fallent ORACVLA Cœli:
PROGENIES HOMINIS FLORET HO-
NORE PII.

[Niceph. histor. Eccl. lib. 18. cap. 8.]

Nuptijs Mauritij Imperatoris adfuere, VE-
RA IN DEV M PIETAS & IMPERA-
TORIA MAIESTAS, satellitio Maurici-
um eiusdemque coniugem decentissimè sti-
pantes, & dona eis quam honorificentissimè
offerentes.

F I N I S.



207488

223

AB:59072

ULB Halle
001 949 837

3



Retro
KD17




Farbkarte #13



ELEGIAE TRES
nuptijs
HENRICI IVLII,
ATESTINO--GVELFII
&
ELISSABETHÆ CIM=
BRICAE
consecratæ.

Henricus Meibomius, Poeta Laureatus.

καὶ διανηέλθετο πίλαιγον μέχε τεσμανίας λίσ
την ἀνηκέσσα Φάρμακον εὗρε νόσος
οὔσμιν ἐπερωτεύεται τὸν αὐτὸν ἀκέστατο κιμβεῖον
τεστεσίας σύστη μάντις Ιαλιάδος.



HELMAESTADII
Excusæ per Iacobum Lucium, Anno
M. D. XC.